

8

F. g. num. 25.

1765/1

18

DISSERTATIONEM IVRIDICAM

QVA PROBATVR:

SCIENTIAM FEODI ALIENATI

GENERALEM SVFFICERE AD PRAESCRIBENDVM

IVS RETRACTVS AGNATORVM.

P. 338/
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO ET CELSISSIMO PRINCIPE
AC DOMINO

DOMINO

GVILIELMO V.

AVRIACO ET NASSAVICO PRINCIPE,
RELIQVA.

P R A E S I D E

IO. HENR. EBERHARD

I. V. L. ET L. P.


DEFENDET

IOANNES PHILIPPVS BECHER

WINDECKA - HANOICVS IVR. CVLTOR

DIE FEBRVARII MDCCCLXV H. L. Q. C.

HERBORNÆ
EX OFFICINA REGELINIANA.



DISSERTATIONIS IN VITRUM

AD PROSATOR

SCHOLIA ITALIAE ET AFRICANAE

GENITIVI ET SUTTICE AD TRES REINDEA

RS REACTA AGATOLINI

PROGOLI MAGNIFICENTIA
CENSURO ET CEREMONIA FESTA

AGATOLINI

DOMINO

CONFIRMATA

AGATOLI ET MASSIMO TIMORE

LEADER

ET ALIAS

JO. HENR. HERHARD

ET ALIAS

JOANNIS LIPSIUS BECHER

ET ALIAS

ET ALIAS HENR. MCGREGOR

HEZEBEL

ET ALIAS HERMANN

SERENISSIMO EXCELSISSIMOQUE
PRINCIPI AC DOMINO
DOMINO
GVILIELMO
HASSIAE LANDGRAVIO
ET
PRINCIPI HEREDI
RELIQVA
COMITI HANOICO REGENTI
PATRIAEC PATRI
MVSAGETAEC
PIO ATQVE FELICI
BONARVM ARTIVM
ALTORI
INDVLGENTISSIMO LONGEQVE CLEMENTISSIMO



HOC PRIMVM

SPECIMEN ACADEMICVM

STUDIORVM SVORVM PRAEMETIVM

QVA

TANTVM PRINCIPEM ANIMI SVBMISSIONE

VENERARI DECET

CVM VOTO DIVTVRNI, AVSPICATISSIMI IMPERII

SE SVA QVE STVDIA

OMNEM IMO VITAM

PIO INPRIMIS AC DEVOTO


PRORSVS ANIMO COMMENDANS

OFFERT DICAT ATQVE CONSECRAT

MVZAOETAE

IO. BECHER.


CIVIS ET CLIENS SVBIECTISSIMVS
JOANNES PHILIPPVS BECHER.



CAP. I

SISTIT ARGUMENTA, EX QVIBVS EVINCITVR, SCIENTIAM SVFVICERE GENERALEM.

§ I Exponit propositum mutatum, § II obiectum huius tractationis § III statum controverbia. § IV hic alterius determinatur. § V continet explicationem scientiae, § VI scientiae alienationis, § VII illius divisionem in simplicem seu generalem & specialem seu qualificatam. § VIII probatur, scientiam generalem esse certam scientiam. § IX inde derivatur primum argumentum, cum nil nisi scientia certa requiratur. § X ostendit secundum a consensu defunctum, § XI tertium, per rationem legis, § XII quartum, ex negligencia admissi, § XIII quintum, dum contraria sententia sit absurdum. § XIV sextum, ab equitate, § XV septimum, ab ignorantia affectata petrum. § XVI deconfutatur, in dubio sicutem nobis haud esse contradicendum, quia odiosa sunt refria genda.



§ I

Q uum legibus Imperii R. G. fundamentalibus longe alia, ac ceteris praeceptis, attribui mereatur ratio; thema quodam: *num leges illae, earum caussa impulsiva deficiente, ipsae cessare debeant?* explanare atque ex actis publicis, sententiā nostrā illustrantibus, corroborare, apud animū quidem constitueramus. Aliud vero, quanquam varia huc collineantia iamiam essent collecta, ob penuriam temporis, secuti sumus propositum. Haud longo tamen circuicto intervallo rem plurimi otii, si magis sub pallio manū habere licet, iterum aggressuri sumus.

A 2

§ II

DISSERTATIO IURIDICA.

§ II

Quo magis ardua iuris retractus doctrina generatim sese nobis representat: eo solidiores legum interpretes amicam istam Theutonum praerogativam (a) doctissime explanarunt (b). Nostra tamen tractationis obiectum singulari discussione dignum existimavimus. Talen enim haec tenus in lucem editam esse, non recordarum. Mittimus, quæ forte hic moneri possent: quot videlicet diversæ retractus species vulgo admittantur; quomodo discrepet facultas retrahendi a iure protimiseos, iure revocandi, pacto de retrovendendo &c. &c. Ad thematis nostri expositionem nos statim accingimus.

§ III

Feudo consensu domini a vassallo alienato, hunc quidem nulla affici pena, ius tamen agnatis competens non diminui, probetur haud necesse erit. Duplici autem modo, utpote vel statim, vel delato tandem ad ipsos iure successionis, illud exercere ipsis integrum relinquatur. Posterior nominatur ius revocandi: prius aut iure protimiseos aut retractus

(a) Vid. ill. KAR. FRIED. WALCH *Diss. de iure liberorum bona a parentibus adquisita retrahendi resp.* Chr. Gottl. Vogt Jen. 1763 pag. 2-5.

(b) Plures paginae non sufficerent, si confili esset, omnes illas annotare. Singulari cura bibliothecam illorum nobis suppeditavit Vir. Magnificus ac illustris huius Academiae Pro-Rector WOLRADVS BVRCHARDI in Diss. in hac scientia parte potissimum commendanda; collatione, nempe, iuris provincialis Nassavici cum Romano & Germanico communis in capite retractuum aa Ornat. Prov. Nassav. P. I C. V. defensio a Kar. Chr. Becker, § III, IV, & V, pag. 5, 6, 7, 8, 9 & 10. Retractum feudalem in primis expofitum nobis reliquerunt, THEOD. REINKING *de retractu conanguinitatis Marb.* 1631, WILH. LEYSER *de iure pretimis domino competente Viterb.* 1682, LUD. MENCKEN *de retractu filiorum gentilium in feudi Lips.* 1710, S. STRYK *de iure successoris in revocandis bonis familiae Frane.* 1712 & in tract. de Succession. ab Intestato Diss. VI Franc. 1733, KAROL. SCHENK *de ortu & retractu feudali.* Ald. 1717, LEONH. LUDOV. MENKEN *de iure pretimis domino directo in quavis alienatione feudi secundum ius Saxonicum competente.* Viterb. 1738, FR. ANDR. GNÜGE in Diss. de iuris retractus Gentilitii in Germania origine habita sub Praef. CHR GOTTL. BVDEP. Jen. 1738, BERNH. FRID. VD. LAVIN epifola de retractus gentilitii medio aeo usitati memoria vere Germanica. Vim. 1738, Diss. de retractu: prefertim secundum statuta Linda-vensis, Praefide, Viro illustri I. A. HOFMANNO, nunc temporis Professoris Marburgensis celeberrimi, a Iacobo Fellio, defensio Jen. 1750, KAR. FRIED. WALCH Diss. not. (a) laud. &c. &c.

retractus venit. Mittimus illud, & definimus hoc per facultatem rem venditam, (c) oblata eadem conditione, ex iusta causa, intra tempus lege definitum, repetendi. (d) Hoc agnatis competere, nemo unquam in dubium vocavit. Quibus autem illorum tribendum sit: quænam alienatio: qualis adesse debeat conditio: hæc & cætera omnia haud determinamus. Quæstio nostra eo erit applicandum casu, quandocunque agnatis retrahendi facultas negari nequit.

§ IV

Ius illud intra certum tempus, puta annum, (*) exerceatur necesse esse: quin imo spatiū currere demum incipiāt a die scientiæ, (**) adeoque ratio-
ne initii, ob iuris feudali Langobardici textum, (e) per verba: *quod si consensit alienationi vel per annum, ex quo SCIVIT, tacuit, omnino re-
movebitur*: sit utile, tanquam indubitatum iterum assūmimus. Ecce! autem nunc diffenſum Doctorum occasione questionis: *utrum scientia
agnatorum specialis requiratur, an generalis sufficiat?* Priorem sententiam permulti defendunt. (f) Posteriorem amplecti, sana nos cogunt prin-

A 3 principia;

(c) Nec tamen credimus; in omni venditione locum esse iuri retractus, quanquam omnia requisita, utlgo annotata solita, adint. Sed hanc nostram sententiam in peculiari tractatione: *de iure retractus non in omni venditione admittendo*: forsan proponere licebit.

(d) Ita fere ill. I. A. NOF MANN in cit. Diff. § IV, & celeb. IO. HENR. CHR. DE SELCHOW in Element. iur. German. Lib. IV, Cap. I, Sect. II § 591, Hannov. 1762.

(*) Quanquam alii, pauci tamen, tringintā requirant annos. GAIL Lib. II obs. 19 n. 13 MYNSINGER cen. IV obs. 85 n. 1 confer. B. G. STRYV in element. iur. feud. ab ill. I. A. HELLEFELD delineat. § 461.

(**) Mittimus quaestionem; utrum scientia currere incipiāt a die traditionis an contrac-
tus celebrati: quam in utroque casu, nostra traētatio, uno codemque modo poter-
et applicari. Putamus tamen priorem sententiam analogiæ iuris magis consentaneam,
& nostro themate demonstrato, corroboratam.

(e) II F. XXVI § Titius filios II F. IX §. I &c.

(f) Vid. Principem pragmaticorum inter iuris clientelaris interpretes HENR. A. RO.
SENTHAL in Traj. & Nepp. iur. feudal. Cap. XI concil. XCIII n. 10, II & 12,
cumulunque Interconfultorum ibi allegatorum: CHR. RICHTER Dee. LXXVI
n. 147 &c. &c. HARTM. PISTOR. L. II q. 12 n. 28; I. H. BOEHMER Consult.
& Dec. Vol. I Part. II Reff. 127, G. A. STRYV. in S. I. F. Cap. XIII th. XXI n. 3;
B. G. STRYV in E. I. F. C. XX q. 6, & in success. ab Int. Diff. VI C. IV § 53. C. A. SP.
HENR.

cipia; & sequimur Iure Consultorum cordatissimos. (g) Aliæ quæstiones præsentem ut fundatum agnoscunt. Demonstrata hac: & probantur illæ. Quare tres, ad scientiam agnitorum spectantes, Dissertations: præter præsentem nempe, alteram, de denunciatione contractus: alteramque, de mediis probandi scientiam: nonnullis interiectis hebdomadibus conscribendi, animi est sententia. Ut vero hæcce rite exponantur, quædam generalia erunt præmittenda.

§ V

Quum scientia generatim considerata definiatur per cognitionem veritatis certam: (h) & veritas vel juris sit vel facti, factisque anumerari mereatur alienatio: sequitur, scientiam alienationis esse cognitionem alienationis certam. Nec tamen negamus scientiam alienationis proprie non esse scientiam sed fidem. Annotatu igitur dignum erit nos cognitionem certam opponere opinioni & ignorantiae, cum illa supponat probationem incertam, hæc plane nulla nitatur, imo veritas nobis fit incognita, quam ignorare dicimus.

§ VI

Scientia alienationis est cognitio illius certa. (§ antec.) Nunc autem cognitione rei certa gaudemus, si satis est probata. Hinc si alienatio plene nobis est probata, nulla alia ac certa gaudemus cognitione. Cognitio certa efficit scientiam. Ergo, si alienatio nobis satis est probata, illam certo scire dicimus.

§ VII

HENR. HORN Iurispr. Feud. Cap. XX § 9, E. G. ET RYV in elem. iur. feudal. ab ill. L. A. HELFELLD delineatus § 401.

(g) Vid. D. NEVIVM Part. II Dec. 252 & 253, CONSILIA TUBINGENSIA Tom. V ebd. 1733. Consil. XXIX n. 66 &c. &c. ibique citatum FROMMAN in Diff. de Rebus Würtenbergico th. 68 KAR. HEINR. MÖLLER in primis lineis usus practici distinctionum feudium Roff. 1742 Cap. XX Diff. IV, G. BEYER in Delinet. iur. feudal. Lips. 1738 Cap. VIII prof. 101 not. d, & in VOLKMANNO emendato Lips. 1715 pag. 178 Part. I Tit. III Cap. XXX n. 19 GOSWIN AE REBACH ad CARPOV. P. II c. 32 d. 2. &c. &c.

(h) Vid. L. B. CHR. DE WOLF, in Philos. ration. Francof. 1728, 4, Part. II Sect. I cap. IV § 594.

§ VII

Præter certitudinem veritatemque facti, circumstantiae, qualitates, attributa &c. omnino accedere possunt. Inde, comperto facto tantum ipso, circumstantiis nondum perspectis, oritur cognitio simplex: & qualificata, si omnes aut saltim quædam circumstantiae non ignorentur. Quam ob rem scientia est vel simplex seu generalis, vel qualificata seu specialis. (§ V) (i) Et his in terminis omnem versari controversiam: his probe explicatis nullam fere relinquimus, infra demonstrabimus.

§ VIII

Quum circumstantiae facto cuidam accedere, (§ antec.) ideoque adesse ac abesse possunt: (k) essentiae facti & alienationis annunciarunt nequeunt. Essentia enim complectitur ea attributa, quae negotium quod-

(i) Scientiam specialem, quam adesse requirunt, RICHTER Dec. LXXXVI n. 147 &c. &c. describit, dicens: Non sufficit taliter qualiter, confusa aut in genere rem scire, puta, si forte consanguineus recipitur ex rumore incerto, (Nec nos differimus. Sed talis scientia non est scientia,) aut etiam a quibusdam certis personis, qui illi generatim dixerunt, eam rem a Tito eius consanguineo, cuiquam vendiam, sive mentione certi pretii & aliarum clausularum. Nec sufficit scientia simplex & presumiva. (Haec duæ scientiæ species rotto cœlo differunt.) Nec etiam iatis est. etiam si emor suam emitionem apud alia notificaverit in genere. Ad hoc, ut quis scire dicatur non sufficit eum generaliter dunducere notitiam persuasorie habere, sed requiri perfetta & accurata scientia, ita ut totum negotium cum omnibus suis qualitatibus & circumstantiis penitus cognoverit utrum adhuc est glossa valde notabilis in e. concertationi in verb. seiverit. De appellis in 6. Quam glossam auream dicit FELIX: in eas, n. nobis de except. (Heu! Sit maneaque aurea!) Regulariter enim iscire dicunt qui vere & certo sciad. L. in totum, ibi: nixa vera & certa scientia ff de R. I. (Quis quidlo l. unquam contradixit?) Presertim vero necesse est ut agnatus sciat preci quantitatem (ptimum probationem) utrumque animatum eius maxime potest impellere ut redimatur vel non. (Hæc interdum lubentissime concedimus) quia pretium est de substantia emtionis, (Pretium, sed non quantitas pretii; ita recte,) is itaque qui non habet scientiam rerum, quae sunt de substantia, non dicunt scire sed ignorare, adeoque scire debet totum tenorem alienationis. Ohe! qualis conclusio! is qui substantialis scire debet, eum tenorem totum alienationis adeoque & circumstantialia, non ignorare oportet!

(k) Per notionem vocabuli ACCEDERE. Accedit enim id, quod salva substantia rei abesse potest.

quoddam perficiunt, adeoque, salvo illo, ab eo non separantur. (1) Quare cognitio alienationis certa reperiri potest, nondum compertis circumstantiis. (m) Ergo scientia simplex est scientia vera ac neutiquam opinio: (n) multo minus ignorantia (o) nominari potest.

§ IX

Hicce præmissis, statim primum ad corroborandam sententiam nostram patet argumentum. Scientia simplex seu generalis est scientia, (§ V) imo vera ac certa, (§ VII & VIII) (p) iuris porro Langobardici verba hæc sunt: *vel per annum ex quo SCIVIT, tacuit:* (seu si iuris Langobardici nomen haud placet, substituta, carissime contradicens!) legem seu consuetudinem aliam universalem.) ROSENTHAL ipse hoc agnoscit, effatus: *cum textus nostri aliud non exigant quam scientiam:* (q) scientia generatim considerata, qualisunque demum illa sit, dummodo vera & certa, requiritur: ergo omnis, scientia vera & certa, etiam si sit simplex, sufficit ad praescribendum ius agnatorum retrahendi feuda.

§ X

Secundum, quod sententiam nostram amplecti iubet, argumentum, speciatim a consensu est desumum. Ita enim concludimus. Si illi, qui tantum

(1) Magnif. W. BVRCHARDI in Diss. qua demonstratur, cautionem ususfructuarium nec veri nec quasi ususfructus substantiam ingredi &c. &c. Resp. Lud. Chr. Lagero, Herborn. 1757 § V.

(m) Alias enim nullum negotium dici posset certum, quod essentialibus solummodo absolvitur.

(n) Per definitionem opinionis. Vid. § V.

(o) Per cit. ſphi membrum secundum. Per notiones rerum verborumque communes omnes leges sunt explicandae, usque dum proberetur contrarium. Ergo non contradicit L. 76 D. de R. I. a RICHTERO (§ antec. not i) adducta: siquidem nil aliud per illam probatur, nisi, *quod in iis, que animi destinatione perengenda sunt, adesse debent vera & certa scientia:* nos vero probavimus scientiam simplicem esse veram certamque scientiam.

(p) Si cui Philosophorum, nos scientia nomine id insignire quod tamen demonstrari nequeat, minus placet: is perpendat dicta in § V, atque nos affluentes verba doctorum, ea refutare, tentatores esse.

(q) Cap. IX concl. XCII p. 11 quod retractus gentilii fundamentum in II. f. 26 sit querendum, testatur Viri Perilli & Magnific. I. G. EATOR & illustr. I. A. HOPF MANN in der bürgerlichen Rechtsgelehrtheit der Deutschen th. II § 4242; Marb. 1750.

tantum scientia gaudet simplici, eadem licet adhibere media, ac circumstantias quoque competas habent: qua ratione scientia simplex non sufficiat ad praescribendum ius retractus, nullo modo appetet. Nunc vero omnis, sive tantum alienationem, sive & sciat eius qualitates, esentiam non constituentes, iure retrahendi uti potest. Quicunque igitur ius suum non persequitur, cum tamen libere agere posset, se consentire in id, quod in praeiudicium suum factum, citra dubium declarare videtur. Qui semel consentit, elapsso tempore prescripto, illum mutare dissensumque opponere nequit. Eadem ex causa CONSILIA TUBINGENSIA (r) ius retractus denegarunt, quia ei renunciatum videbatur. Idem sentit GOSWIN AB ESBACH. (s) Habeat sibi, id, quod leges tanquam privilegium indulgent non acceptans! Sane, simul ac alienatio est facta, ius retractus exerceri potest. Cur, quæsto! talis restitutio, contra tenorem legum, & in præiudicium tertii, ius quæsumum habentis, admitti debet?

§ XI

Omnis legis dispositivæ ad casum quandam obvenientem applicandæ, sive scriptæ sive non scriptæ, ratio presertim erit inspicienda. Hæc propositio verissima nobis suppeditat tertium, thema nostrum firmando argumentum. Ratio præcipua, cur ius retractus est introductum, nulla alia indicari potest, nisi quod Legislatores præsumant, agnatum summo offici dolore, si bona avita, qualia sunt feuda, ad extraneas pervenirent personas. Supponitur, dicimus, talis in agnato qualitas. Hæc vero præsumptio eliditur aut per verba aut per facta. Tacita sane declaratione annihilatur, si quis, cum ius suum persequi possit, illud haud exercet. Agnatus, minimam ob causam, bona extra familiam relinquent, talis non reperitur, qualem leges illum putant. Hunc intelligimus, qui, dum non ignorat, alienationem rite esse factam, forte ob alias ipsi ignotas circumstantias, animum retrahendi feudum haud declarat. Hoc in casu ratio, ergo & lex ipsa cessat.

§ XII

(r) Tom V, 1733, Cons. XXIX n. 62.

(s) ad CARPOV. P. II c. 32. d. 2.

§ XII

Eodem ferme nituntur fundamento dicta G. BEYERI: (t) negligentia nunquam laudanda, imo admittens illam non restituitur. Et citra omne dubium agnatus, feudum vere esse alienatum, compertum habens, plus quam negligentiam admittit. Hæc enim dicitur omissione diligentiae. Nunc autem scientia generalis non requirit diligentiam quandam adhibendam. Adeat agnatus iudicem! declaret animum retrahendi! Hæc duo omnia retrahentis officia determinantia complectuntur. Nunquam, tam ratione scientie specialis quam generalis, abesse possunt. Ignorantiam iustum nominari non posse, qua negligentiam coniunctam habet, probant CONSILIA TUBINGENSIA. (u)

§ XIII

Quid? Scientia speciali desiderata, unicam eatque minutissimam circumstantiam ignorantis haud curreret annus fatalis? Ubinam, ecce! magis adsunt absurdia? Tanquam verum assuumamus, scientiam specialem requiri: hancque describi debere per scientiam eorum, quæ ad essentiam alienationis haud perrinent. (§ VII.) Heu! quænam, quales, quantæ, illæ reperi reponunt? Attamen, ne unico accidentali quidem ignorato, eadem valere deberet dispositio ac si mera adest ignorantia! Nemo non videt, hanc Doctorum sententiam omni analogia iuris, omnibus legibus adversari. Ne verbum quidem opponeremus, si aliqua tantum agnita esset differentia inter eum, qui alienationem in totum & qui solummodo circumstantias ignorarer paucas. Sed sic tale quid statuentibus consentire non convenit.

§ XIV

Ex antea deductis & præsertim ex § XIII satis, ni fallimur, apparet, sanæ rationi æQUITATIVE adversari sententiam Doctorum nobis contradicentium. Firmorem ac æquiorum nostram nominant sententiam CONSILIA TUBINGENSIA. (v) In dubio, quod ne Tyronem quidem fugit,

(t) In Deliment, iur. feudal. Cap. VIII pos, 101 not. 4,

(u) loc. cit. n. 44.

(v) loc. cit. n. 61.

git, benigniora sunt preferenda. Illa, quæ vitiis caret, sententia est anteponenda. Vitium abest, si legum tenori responder. Quænam igitur nostræ in casu erunt approbanda? Interpretes illi assumunt opinionem in legibus nunquam fundatam, quin illis plane contrariam. Contra analogiam iuris decidunt: preferunt odiosa: mittunt benigniora. Quid hoc aliud sibi vult, quam privilegium, secundum leges, certo temporis spatio extinctum, iterum concedere? nova itaque iura specialia statuere? ius sibi arrogare solis Imperantibus competens! Præsertim cum, contra lapsum huius temporis restitui desiderans, non de damno vitando sed de lucro captando certet. Quapropter, illum removendum esse, statuit TIR AQUELL. (w)

§ XV

Quis, quæso! negat, nullam ignorantiam debere affectatam esse? Hæc enim pro scientia, secundum communem Doctorum consensum est habenda, non generatim solum considerata, verum etiam speciatim applicata ad nostræ dissertationis argumentum. (y) Nulli ignorantiam affectatam non definiunt, si quis actum quendam scire potuit, illum vero exploratum habere noluit. (z) Is itaque, qui certior redditus est, feudum esse alienatum, animum retrahendi declarare & simul omnes qualitates compertas habere potest. Quare, si nullam curam impendit, secundum communem Doctorum opinionem, affectatam tueretur ignorantiam. Agnoscunt hoc CONSILIA TUBINGENSIA: (a) cum desiderent, ignorantem quantitatem pretii, certum quid apud iudicem deponere debere.

B 2

§ XVI

(w) *De Retractu consangu. § I.*(y) ROSENTHAL Cap. IX concl. XCIII n. II & not. k, ibique citat HARTM. PLASTOR *Quesit. iur. Lib. II part. I q. 12 n. 17*, GEYL. *Lib. II Obs. XLVIII n. 15*, I. MASCARD *Tract. de Prohibitionibus Vol. II c. 880 n. 33*, IAC. MENOCH. *de præsumptionibus L. IV pref. 116 n. 35*, STEPHAN. GRATIANVS in *Discept. forens. Tom. VI Disq. IV n. 41*, RICHTER *Dec. XXVI, n. 151*, THEOD. REINKING *de retractu consanguin. quæst. 7 pag. 318 &c. &c. Marb. 1631*, VVLTEI. *Consil. Marburg. XXII n. 108.*

(z) GEYL, ROSENTH, RICHTER, MASCARD & MENOCH locis cit.

(a) *Tom. V Cons. XXIX n. 58.*

§ XVI

Tandem Doctores Doctorum consensu erunt refutandi, per argumentum a G. BEYERO (b) in medium prolatum. Concludit illae. Omnis rescissio in iure est odiosa. Ergo dubio in casu erit pronunciandum contra ius retractus, quem rescindat. Confirmat imo hanc sententiam, regula: *quod libertatem alienandi restringit, est strictæ interpretationis pariterque odiosum:* (c) Omnes fere iuris interpretes contentiunt. (d) Nunquam ideo ius retractus præsumitur. (e) Quare ad quæstionem: num requiratur scientia specialis, si non negando, dubitando tamen respondendum & sic contra ius retractus sententia ferenda esset.

(b) In *Deliv. Iur. Feud. Cap. VIII pos. 101 not. d.*

(c) *Perill. L. B. DE GRAMER in der Wetzlarischen Nebenstunden achtzehenden Theil, Ulm. 1760 pag. 74.*

(d) *Vid Select. Consulf. Collegii Iure Conf. ACADEMIAE GRYPHISWALD. straf. 174¹ Resp. 114, n. 9, TIRAVELL, de Retraact. in Prefat. n. 6, c. H. HORN in Iurispr. Feud. App. Conf. 18 n. 7, ROSENTHAL Cap. IX m. 2 concl. 87 lit c, MEVIVS Part II Dec. 253, n. 6, BENEDICT. CARPZOV. Iurispr. Forens. Part. II Conf. 32 def. 4 n. 7, I. VOET, ad D. L. XVIII tit. III § 25, &c. &c.*

(e) *Perill. ESTOR & illust. HOFMANN in der D. R. G. Th. II Hanßft. 58, § 4236.*



IVX

CAP. II


§ X
lente
XXXD
illo
ptis,
les,
facili
tore
velfr
excip
trac
bam
rimoverba
(f)



CAP. II

OSTENDIT CONSENSVM DOCTORVM , ARGVMENTA CONTRA
NOSTRAM SENTENTIAM IN MEDIVM PROLATA
EORVMQVE REFVTATIONEM.

§ XVIII Sifit rationem , qua ortus est dissensus inter Iurecons. occasione thematis nostri , § XVIII consensus RICHTERI , § XX REINKINGI , § XXI GEYLII , § XXII MEVLI exponitur . § XXIII continet obiec̄iones contra nostram sententiam proferri solita . § XXIV , XXV , XXVI , XXVII , XXVIII , XXIX , XXX , XXXI & XXXII fstant obiec̄ionum confutatiōnes .



§ XVII

Digitis computanti , quot Pragmaticorum nostram tueantur sententiam , quoque illi contradicent , lubentissime concedimus , quod illorum viginti , horum sint viginti quinque , hi tamen , quibusdam exceptis , ita dissentiant , ut applicari possit dictum illud : in verbis sumus facile , dummodo in re conveniamus . Indaganti itaque eorum argumenta secundum perspectum erit , primum huius doctrinae , laudatu dignum , inventorem paucis illam exposuiffse : secundum aliquia addidisse : tertium huius vestigia persecuturum , nil nisi vocabulum retinuisse : quartum hunc calamo excipientem scripsisse : *scientia specialis requiritur ad praescribendum ius re tractus* : & ohe ! plane ignorantem , quid sit scientia specialis . Approbamus , talem scientiam ab aliis desiderari : simus autem ostendentes , plurimos quoad rem ipsam nobis haud contradicere .

§ XVIII

RICHTERUS , ad nauream usque , dicta sua torties repetens , quoties verbaalia ipsi in mentem veniunt , ^(f) fere nihil aliud affirmat , quam scientiam

B 3

tiam

(f) In Dec. LXXVI n. 147 , 148 , 149 & 150 .

tiam generalem sufficere, quamquam specialem nomine praeferat. Pretium ad substantiam emtionis: quantitas eius ad accidentalia pertinet. (§ VII not. i) Quicunque ideo affirmat, scientiam adesse debere specialem; quantum sit pretium: ad scientiam requirit. Concedens vero agnatum inquirere oportere, non ignorantem emtionem, in pretium: afflumat necesse est, scientiam generalem sufficere. Age! audiamus RICHTERUM: (g) In eo casu, ait ille, quando quis ignorat pretium, sufficit offerre, consignare ac deponere pretii partem, addita oblatione & protestatione, reliquum, quam primum de integro certioratus fuerit se paratum esse solvere. Et nisi hoc admitteretur, retrahentes sub praetextu ignorati pretii cunctari, & tempus prescriptionis annalis pro libitu eludere & in infinitum protractare possent. (Nonne quæris num RICHTERUS tam temeraria uti possit ratione?) Tuitissima itaque via est, ut retrahere volens, si ignoret pretium testato, b.e. in presentia iudicis apud acta vel testimoniis ab emtore verum pretium exploreat. Equisd' aliud statuit, ac sufficere scientiam generalem supra § V definitam?

§ XIX

THEODOR. REINKING (h) eodem argumentatur modo, statuens: ignorantem pretium deponere debere aliquam pretii partem. Hanc imo sententiam ideo approbat, quod *varias lites in herba quasi adolescentes praecidat*.

§ XX

Verba A. GEYLII (i) haec sunt: *quod, si, consanguineus verum pretium, quanti res extraneo vendita sit, ignoret, eo casu, particularis depositio sufficit, addita protestatione & oblatione, quod reliquam, ubi de pretio certior factus fuerit, solvere paratus sit - - - quod si agnatus proximus iustum pretium non offerat, potest vendere rem cuicunque voluerit.* Et hic itaque consentit.

§ XXI

(g) loc. cit. n. 150.

(h) In tract. de retract. conf. q. 7 pag. 318.

(i) L. II, Obs. XIX n. 10.

§ XXI

MEVIVM, Iure Consultum celeberrimum, scientiam qualificatam necessariam putare, alii affirmare nulli dubitant. (k) Sed audiamus illum: (1) cætera minus principalia vel accessoria, quæ accedunt contractui non dicta haud eo minus sinunt ius illud semel abdicatum haberi exclusum. Inter quæ etiam est quod deinde fides de pretio sit habita, aut quod particularibus solutionibus hoc recipiatur: Quid? an dissentit MEVIVS? quænam agnatum magis impellere possunt, quam si fides de pretio habita est &c.?

§ XXII

Reliquorum obiectiones iam speciatim considerandæ veniunt. Aiunt illi: (1) Scientiam confusam non esse scientiam, arg. L. § 1 quod vi aut clam. Et scientiam confusam nominant, si quis ignoret omnia alienationis capitula. (m) (2) Scire esse rem per causas cognoscere. (n) (3) Scientiam eum non gaudere, qui factum sciat sine qualitatibus. (o) (4) Ignorantem & dubitatem non consentire videri secundum L. 116 D. de R. I. (p) (5) Alienationem perpetuum habentem, ignorantem autem qualitates, vigilare non teneri. (q) (6) Agnatum maxime impelli posse al feendum retrahendum, si pretium seferet: (r) emtionem forsan esse conditionatam, ad dies vite alienantis &c. &c. hec omnia autem agnatum determinare posse, utrum iure retrahendi uti velit an minus. (s) (7) Pretium esse

de

(k) MÖLLER In usu præf. Distinct. feudal. Cap. XX Diff. IV.

(l) Part. II Dec. 253 n. 6 & 6.

(m) S. STRYK de Success. ab Int. Diff. VI cap. IV § 53; C. P. RICHTER Dec. 76 n. 147.

(n) STRYK loc. cit.

(o) ROSENTHAL cap. IX concl. XCIII nos. 1.

(p) id. loc. d.

(q) id. ib. n. 10.

(r) RICHTER loc. cit. n. 147.

(s) RICHTER loc. cit. n. 148.

de substantia alienationis: ignorantem autem essentiam actus scire dici non posse. (r) (g) *Si concedens ignoraverit circumstantias vel qualitates, eum non habere plenam scientiam.* (u) *Tandem (9) negant, ius retractus ad descendum esse ex Legibus Langobardicis.*

§ XXIII

Quanquam cunctae obiectiones ad unum ferme redeunt: singulas tamen speciatim perlustrare, desistere haud cupimus. Primum, quod nobis opponitur: *Scientiam confusam esse, si quis non omnia alienationis capita explorata habeat & talem nominari non posse scientiam:* refutari potest per supra deducta. (§ V, VI, VII & VIII.) Leges enim nihil aliud desiderant, quam quod privandus iure retrahendi non ignoraverit alienationem. Né certa quidem exigitur. Nos autem demonstravimus, scientiam alienationis esse veram certamque, et si quis ignoret circumstantias illius. (§ XIII.) Ergo nullo modo dici meretur confusa.

§ XXIV

Secundam obiectionem: *scire esse rem per causas cognoscere: non intelligimus.* Nos latet tenor talis definitionis. Sequentे modo illam interpretamus. Scire esse, qualitates rei cognoscere. Ast sic petitio principii adest. Aut enim cognitione facti certa est scientia aut minus. Si hoc: non dissentimus. Sin autem illud: obiectionis nullius erit momenti. STRYCKIUS, absque omni dubio, confundit scientiam simplicem, qualificatam & opinionem. Cum itaque ante omnia, qualis scientia sufficiat, decidendum sit: utrum nempe simplex an composita? neutiquam qualificata seu specialis tantum nominari debet certa. Opinionem non sufficere, lubentissime concedimus. Quamdiu agnatus adhuc dubitar, num alienatio acciderit? tamdiu ipse privari nequit iure retrahendi. Simulac autem certitudinem facti perspectam habet, gaudet scientia alienationis. Hæc enim est cognitione alienationis certa. (§ X) Quæ definitio, cum notioni vocabuli conveniat, nemo dubitare potest, quin sit assumenda.

§ XXV

(t) id. ibid.

(u) *Select. Consult. Colleg. Qurecons. ACADEMIAE GRYPHISW. Ref. 106 n. 191, 11**
R A Q. de Retraçt. § 36 gl. 2, n. 30, WES EN BEC. conf. 43, n. 30.

§ XXV

Scientia deſtitui illum, qui factum ſine qualitatibus cognoſceret, erat tertium diſſentientium argumentum. Quum vero, ad hoc reſutandum eadem, quae ſpho antecedente ſunt notata, iſerviant: ulteriorem mirtiuſus conſutrationem.

§ XXVI

Quarto obiiciunt: *dubitanteſ ignoraνtem conſentire non videri ſe- cundum L. 116 § fin. D. de R. I. Eximia caritate diligimus imo & ve- neramur ULPIANUM ibi loquentem. Totum concedimus ratiocinium. Quid amplius deſideras?*

§ XXVII

Alio iſurgit modo' idem ROSENTHAL una cum RICHTERO: utpote, ſcientem alienationem, ignoranteſ tamen circumſtantias vigilare non teneri. Evax! qualis ratiocinatio! Determinari ante omnia debet, qualis requiriatur scientia, utrum ſimplex an qualificata: & tunc demum quaſtio proponi potest: num ignorans accidentalia vigilare non teneatur. Alia proſus præcedere debent argumenra. Si ſciens alienationem iure re-tractus non utitur: negligentiam admitit. (§ XII) Et ubinam leges negligentiaꝝ prämium attribuunt? Quin plane nulla attentio adeffe debeat. Quicunque enim experitur: feudum eſſe alienatum, adire potest iudicem. In circumſtantias prius inquirat, non exigitur. (§ XII)

§ XXVIII

Sextum erat: *agnatum maxime impelli poſſe, ſi accidentalia ſciviffet.* Proferatur autem locus, ubi dicatur, diſponatur aut iubeatur, agnatum impelli debere! Satis eſt eum eſſe agnatum. Natura agnatorum eſt id, quod leges präſumunt, (§ VI) & ob illud ius retractus concedunt. Na- tura, dicimus, agnatos impellere debet. Nobis tamen in mentem ve- nit, dicta in § XI hic non eſſe repetenda.

C

§ XXIX

§ XXIX

Ulteriora, quæ obiciuntur: *pretium esse de substantia alienationis: nullius erunt momenti.* Lubentissime concedimus; *pretium, IN SE spectatum, esse de substantia emtionis: sed in se spectatum.* Is nempe, qui scire dicitur alienationem, compertum habere debet, *pretium vere i. e. non dicas causâ intervenisse.* Quicunque affirmat, alterum non ignorare alienationem, dum nondum persuasus est, *pretium vere intervenisse, fingit non ens: nec minus autem & ille, qui contendit, quantitatem pretii spectare ad substantiam emtionis, incongrue ratiocinatur.*

§ XXX

Quis octavam refutare poterit obiectionem? ignorantem circumstantias non habere plenam scientiam. Quis contradicit? En! denuo adest peritio principi. Nam inquire ante omnia debet utrum præter certam scientiam, (§ V) talis plena scientia requiratur. Transeat!

§ XXXI

Tandem *ius retractus*, uti dicunt, *neutiquam addiscendum est ex Legibus Langobardicis.* (v) Sed his opponimus: *ius Langobardicum sâtem esse in fubsidium receptum.* Casu igitur in Legibus Germanorum foederalibus aliisve non deciso, ad iura peregrina erit recurrentum. Proferas, quæso! aliam legem seu consuetudinem universalem! Age! reiiciamus iuraLangobardica! Quid interest? sufficit, eosdem, qui a nobis refutati sunt & qui scientiam desiderant specialem, argumentum ex iure Langobardico desumere. (w) Cur idem nobis non liceret? Deinde demontravimus nostram sententiam analogie iuris, (§ X) ratione privilegii (§ XI) æquitati (§ XIV) &c. &c. respondere. Ergo mittere iura Langobardica: inhærere autem possemus cæteris argumentis.

Quid queris amplius? an etiam apertius aliquod ius populi & legum? - - - -

COROL-

(v) Vid. IO. FR. PLUMKE in *Diff. de retractu nec iure civili, nec canonico, nec federali Langobardico &c. &c. introducto*, Marb. 1750.

(w) Vide omnes § IV not. &c. allegatos.

C O R O L L A R I A.

- 1) **R**es publica, quam THOMASIU斯 vocat, clericorum, existere potest.
- 2) Civitas & sine pacto unionis constituitur.
- 3) A iure leges promulgandi minus recte concluditur ad potestatem legislatoriam.
- 4) Contractus feudalis ad nullam speciem contractuum nominatorum iuris civilis referendus erit.
- 5) Invitis iuris feudalis principiis: feminæ, acquirentis feodum: zu wahren Mann-Lehen: filias non succedere: concluditur.
- 6) In successione feminea successiva filius excludit matrem.
- 7) Usuário ædium, has possidenti, facultatem locandi haud deneramus.
- 8) Donatio mortis caussa, cui adiicitur pactum de non revocando, in donationem inter vivos non mutatur.
- 9) Nec hodie permittenda erit donatio omnium bonorum, si donans pacto sibi non prospicit.





VIRO IVVENI PRAENOBILISSIMO

DOMINO RESPONDENTI

HONORATISSIMO

S. P. D.

P R A E S E S.

Conscendis denuo, qua summa cum laude Tuas nuper ostendisti vires, Cathedram. Amplam hancce occasionem, Tuæ indefessæ diligentiaz publicum reddendi testimonium, non amplecti nequeo. Haud invita Minerva Patriæ dulcissimæ, in qua me lucem pariter aspexisse latet, Patriæ, dico, nostræ, summo fulgentis splendore, frequentasti scholas. Exiguo sine modo Academiam Marburgensem sane non deseruisti. Sed gratulor mihi, Amice æstumatissime ! hac in Musarum

Sede

ABR

CD




Sede, ubi non aliorum solum, me longe celebriorum Virorum acroasisbus, verum meis etiam collegiis disputatoriis publicis, ac institutionibus, tum privatis, tum privatissimis, assidue interfueristi, nec minus, e conventu remotum, domi, firma adhibita diligentia, Te adeo tenuisti, ut studium nimis acre mihi interdum videretur dissuadendum, Te publicum, sub meo moderamine, virium Tuarum facere periculum. Sit igitur hicce dies felix faustusque! Laude ornatum e Cathedra revertentem Te amplectar. Pergas ea, qua ingressus es, virtutis via! Deum ter optimum maximum supplex oro atque contestor, velit Tuis benedictione studiis ac Te incolumem servare. Vivas felix! beatus vivas! Nulli parcam labori, Tuis, quantum paucum, servire commodis. Valeas! Dabam Herbornæ die XIII Februarii 1565.

1565 ad 1566 a 1567 ad 1568



Ceprea



Sepriesen seh ich D J E S den Ort verlassen,
 Auf dessen Höh, gleich spizzigen Parnassen,
 Die Musen trohnen
 Und siegend Beschützer der Wahrheit belohnen.

Glück folge D J R ! Glück kröne D E S I N E Zahren!
 Ein süßes Schicksal lasse D J E S erfahren
 Die graue Lehre:
 Je gröser die Tugend, je gröser die Ehre!

Liebe mich ewig mein Freund !
MARIE CHRISTIANE VON ZINZER. d. N. B.
 von Schlüchtern, aus der Grafschaft
 Hanau.



X 2203495

Sb.

KD 17

19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1
0

Farbkarte #13

Centimetres

White
3/Color

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

F. g. num. 25
1765/1
18

DISSE^RTATIONEM IV RIDICAM
QVA PROBATVR:
SCIENTIAM FEODI ALIENATI
GENERALEM SVFFICERE AD PRAESCRIBENDVM
IVS RETRACTVS AGNATORVM.

J. 338/
 RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
 SERENISSIMO ET CELSISSIMO PRINCIPE
 AC DOMINO

D O M I N O
G V I L I E L M O V.
 AVRIACO ET NASSAVICO PRINCIPE,
 RELIQA.

P R A E S I D E
IO. H E N R. E B E R H A R D
 I. V. L. ET L. P.

DEFENDET
IOANNES PHILIPPVS BECHER

WINDECKA - HANOICVS IVR. CVLTOR

DIE FEBRVARIH MDCCCLXV H. L. Q. C.

HERBORNÆ
 EX OFFICINA REGELINIANA.

